



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118820

§. 115. Constitutiones a Paulo V. editæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

Sæc. XVII. eundem Molinæum, qui intra priora
A.C. 1610. quinque Ecclesiæ sæcula de Missa aliis-
que, quæ hodie Catholici credunt, in
S. Patribus nil reperiri ajebat, egregie
confutabat, citans Divum Cyprianum,
qui refert decretum veterum Episcopo-
rum Provincialium, quo cautum, ne
quis Clericus tutorem testamento con-
stituat, & si secus fecerit, pro eo non
offerretur, nec sacrificium pro ejus dormi-
tione celebraretur, quia apud Altare Dà
non mereretur nominari in Sacerdotum
precibus, qui ab Altari Sacerdotes &
Ministros avocare voluit. Ex quibus
verbis Molinæo objecerat, quod jam
ante prima quinque sæcula Aræ, Sa-
cerdotes offerentes, Liturgia, Sacri-
ficia, mortuorum suffragia, ususque quo-
dam a Christianorum confortio exclu-
dendi &c. extiterint. Num porro Catholi-
ci ex hujus fœminæ, quam veritatis lu-
men revocavit, conversione, vel Cal-
vinistæ ex Lukiæ suæ, quam carnis li-
bido e clastro extraxerat, apostolia
amplius gloriandi argumentum habeant,
aliorum judicio relinquimus.

§. CXV.

Constitutiones a Paulo V. editæ.

Bull. magn.
Const. 61.
& seq.

Hoc anno Paulus V. summus Ponti-
fex nonnullas edidit Constitutiones,
qua-

quarum prima die decima Februarii sta- Sæc. XVII.
tuit, ut Fratres Discalceati Ordinis Re- A. C. 1610.
demptionis Captivorum praeter com-
munia vota juxta Carmelitarum Di-
scalceatorum statuta deinceps votum
nuncupent, quod nullo pacto dignita-
tem nec intra nec extra Congregatio-
nem ambire velint. Die autem octava
Aprilis innovabat Pontifex excommu-
nicationem in Bulla Cœnæ latam ad-
versus immunitatis Ecclesiasticæ vio-
latores. Cum autem cognosceret, quod
Clerici Regulares Sancti Pauli Decol-
lati non modo propriæ Sanctificationi,
sed & animarum saluti assidue invigi-
larent, hinc die octava Maji eis ubique
nova monasteria erigendi facultatem
indulxit, prævia Ordinarii licentia:
Quoniam vero tam Perfidis quam Congi-
Reges ad implantandam fidem Catho-
licam Apostolicis Operariis liberum in
eorum Regna ingressum pollicerentur,
hinc Pontifex die trigesima prima Julii
provide decrevit, ut Religiosi linquæ
Græcæ, Hebraicæ, & Arabicæ Ma-
gistros vel Regulares, si qui capaces
fuerint, vel saltē sacerdotes, donec
Religiosi se aptos reddiderint, in suis
Scholis habeant. Hujus decreti exe-
cutio erat oppido difficilis ob varia im-
pedimenta; unde hæc constitutio in
paucis Germaniæ Conventibus in usum
deducta

Sæc. XVII. deducta fuit. Die septima Julii Pontificis A. C. 1610. fex statuit, ut Fratres Joannis de Deo deinceps præter votum infirmis inferiendi etiam tria substantialia emitant, & veri Religiosi censeantur, cum tamen antea Clemens VIII. eis duntaxat votum de infirmis nuncupare concessisset.

§. CXVI.

Canonisatio B. Caroli Borromæi Cardinalis.

Bullar. *Magn. Const.* *referenda* *venit* *Divi* *Caroli* *Borromæi* *fœtiva* *in* *Superos*, *Sancti* *cum* *título*, *recensio* *a* *Paulo* *V.* *facta*. *Post* *quam* *enim* *jam* *anno* *Christi* *millesimo* *sexcentesimo* *primo* *Clemens* *VIII.* *acta* *de* *vita* *&* *prodigiis* *Beati* *Caroli* *per* *S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præfectos*, *&* *tres* *Sacri Palatii Auditores* *rigide* *discuti* *jusserat*, *hi* *novam* *in præfati* *Cardinalis* *vitam* *&* *miracula* *inquisitionem* *esse* *instituendam* *censemabant*, *qua* *facta*, *interim* *Clemente* *VIII.* *&* *Leone* *XI.* *vita* *functis*, *ut* *Canonisatio* *negotium* *resumeretur*, *Philippus* *III.* *Hispaniarum*, *&* *Sigismundus* *Poloniæ* *Reges*, *plurimique* *alii* *utriusque* *sexus* *Principes* *ac* *Præfules* *Paulum* *V.* *Leonis* *XI.* *Successorem* *impense* *rogabant*: *unde*